



**Clarissimi Viri Henr. Zoesii Amersfortii, In Academia  
Lovanensi I. V. D. Et Antecessoris Commentariis In Jus  
Canonicum Universum, Sive Ad Decretales Epistolas  
Gregorii IX. P. M.**

**Zoesius, Hendrik**

**Coloniae Agrippinae, 1691**

Titulus XXVI. De Testamentis & ultimis voluntatibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62329](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62329)

Clericis quam in laicis, libera, can. Titulum III. q.  
5. & per tot.

Postremo dubitatur, An Clericus patrimonium sufficiens habens, illo reservato licet estatur beneficii fructibus? Resp. Dubium monachum ex can. Pastor. & can. Clericos I. q. 2. can. III. q. 1. quibus videtur hoc negari. Ad firmandum nihilominus, hoc licere, quod dignus sit operari sui mercede, nemo militet suis stipendijs, bovi trituratione non sit obligandus os, aliter in servient de eo vivere debet, Innoc. & Abbas in e. Episcopus sup. de praben. Covarr. ad c. 1. n. 2. & 3. inf. Dilectam. & ita communiter receptum. Non obstante allegata loca, cum potius consilium contineant, quam praeceptum; vel referenda ad pristinum ulum Ecclesiae, quo distributio fiebat in Clericos indigentes causa alimentorum vel denique accipienda de maxima pauperum estate; tunc enim bona sua reservans, & Ecclesiastica in suis expendens usus, pauperibus non subveniens, non est extra pecatum Boetius Epo. ad d.c. 1. n. 62. & seq. Azot. d. 9. qu. 13.

Hac ita in Clericis secularibus, quibus licet pars dominii fructus beneficiorum cedant, quarens officio deserviunt, adquisita tamen ex fructibus sunt Ecclesiae relinquenda de jure scripto, a. 1. & 3. b. t. c. 1. inf. tit. seq. quae & eadem post mortem Clerici vindicarunt etiam ante, quod tunc eorum dominium Ecclesiae quae sum dicere nequeat, cum ejusdem, cuius fructus, sunt rationis, quos dictum cedere Clericis. \* Excepis iis, quae pecunia aut ex rebus Ecclesiae comparata sunt, cui incontinenti eorum dominium cedit, etiam si non Ecclesiae, sed Clerici nomine sicut comparata: quod in Ecclesia speciale esse tradit Covarr. ad. cap. 1. num. 7. Quae ex patrimonio habet & aliunde quam ex Ecclesiae quae sive redditibus, cedunt amicis. Autem in dubio prasumantur quae sita ex bonis Ecclesiae, dicetur infra Tit. 27.

Quantum ad profectos, illi ex voto pauperatis ne quidem rem sui patrimonii possident: nam & haec cedit Monasterio, bonorum tamen capaci, Auth. ingressi C. De SS. Eccles. Qui sine consensu tacito vel expresso, sui Superioris quidquam recipere, aut receperum retinere, aut distribuere ausi sint, gravem peccatum incurunt, ut paret ex can. Scimus

9. & can. Non dicatis XII. q. 1. Abbates & alii Superioris, eti dominum nou habeant, quod ratione Ecclesiae est penes Religiosos in communi. Trid. L. 25. o. 3. de Regular. Niclaus III. in Extravag. Existit, habent tamen potestatem administrandi bona Monasteriorum in usus honestos & licitos.

## TITULUS XXVI.

De Testamentis & ultimis voluntatibus.

## SUMMARIUM.

1. Testandi facultas permissa iure Canonico.
2. Clericos de quibus bonis recte testetur.
3. Adquisita ex fructibus beneficii cedunt Ecclesiae, in qua quis beneficium obtinuit.
4. Ecclesia nomine quid hic veniat.
5. Licentiam testandi super ejusmodi bonis concedere Clericis potest Pontifex.
6. Hodie ea permissa, ex consuetudine generali.
7. Consuetudo talis iusta & valida adseritur.
8. Testandi prohibitus an concernat pensiones?
9. Testandi licentia non est Religioso.
10. Ne quidem electo Episcopo.
11. Quam tamen Religioso concedit S. P.
12. Testamentum ante factum an convalescat per ejusmodi licentiam?
13. Licentia illa an exspiret primo actu?
14. An finitur morte concedentis?
15. Testamentum an ingressu Religionis rumpatur?
16. Novitii est libera voluntas disponendi.
17. An quid circa hoc mutaveris Conc. Trid.
18. Excommunicatus quatenus testari posse.
19. Forma testamenti ordinandi hoc iure requisita quod ad numerum testium.
20. Testium qualitas.
21. An mulier admiratur testis?
22. Testamentum ad pias causas an testem defideret?
23. Institutio sui heredis, vel ex hereditate, etiam hoc iure necessaria.
24. Institutio in alienum arbitrium an recte conferatur.
25. Legatum rei aliena an valeat hoc iure?
26. Intellexus c. Filius noster s. h. t.
27. Solemnitas quoad numerum testium in terris Eccle-

28. Ecclesia obtinet, non Imperii.  
 28. Legitima Trebellianica detractione admissa  
 iure Canonico.  
 29. Heres non exequens voluntatem defuncti  
 qualiter puniatur.  
 30. Legata res quae est in commercio, & capaci-  
 bus.  
 31. Re immobiles legata Ecclesia vel Monasterio  
 an debeatur estimatio?  
 32. Portio Canonica cui debita.  
 33. Portio Canonica Cathedralis Ecclesia quando  
 debetur.  
 34. Prelato reliquum quando nomine vel proprio  
 vel Ecclesia reliquum consecratur.  
 35. A portione Canonica liberat privilegium vel  
 conseruando.  
 36. Ecclesia exempta an libera ab hoc onere?  
 37. Portio Canonica quanta.  
 38. Relicta alia libera à dicto onere.  
 39. Executores testamenti qui esse possint, & eo-  
 rum munus.

**H**AEC tenus de actibus inter vivos: nunc de  
 ultima voluntate subjicitur, quatenus per eam alienatio licita; & hoc Tit. de eo agi-  
 tur, quæ testamento explicatur. \* Ea non  
 minus permissa hoc iure, quam civili; sive quo-  
 ad institutionem, substitutionem, (quæ pu-  
 pillaris expresso etiam matrem excludit, ut  
 ne quidem ad legitimam illi sit actio, c. 1. eod.  
 in 6. & laic probatum D. de vulg. & ppil. sub-  
 stit. num. 49) quod nec peccetur à patre testa-  
 mentum filio faciente, qui non tenuerit uxo-  
 rem iustitiae, nec à filio, qui testamentum  
 non condendo non potest videri impius in ma-  
 trem) sive quoad legata, fideicomissa, co-  
 dicillos, quatenus ratione testator est sui iuris,  
 habens legitimam et standi licentiam super re-  
 bus. Quo modo impubes, filius fam. nec hoc  
 iure testantur, nisi de cal treni, aut quasi ca-  
 treni peculio, ne quidem pro anima sua. Ac-  
 cedente ratione patris consensu reliquum te-  
 net. e. licer de jepul. in 6. Jul. Clatus s. Testa-  
 mentum qu. 5. num. 7.

**2.** Clerico testandi licentia non est denegata su-  
 per iuris bonis, quæ ante clericatum habuit, c. 1. h.  
 can. XII. q. 5. & quæ post eū adquisivit ex suc-  
 cessione amicorum, aut sua industria, etiam ra-  
 tione ordinis: quæ licet ratione Ecclesia ad-  
 quiratur, non ratione immediata ex ejus bonis

proveniunt, ut nulla Ecclesia fiat injuria re-  
 quendō ea aliis. Covarr. ad d. 1. c. 1. num. 13. p.  
 Relatum 12. in fine eod. Navar. Tr. decretal.  
 Eccl. qu. 3. Clarus d. 5. Testamentum qu. 17.

Aliud iuris est in adquisitis ex fructibus  
 beneficii, quos existentes, aut ex insomma-  
 ta, volunt Canones cedente ei Ecclesia, non  
 beneficium obtinuit Clericus, d. 1. c. 1. quatuor  
 h. 1. can. Placuit XII q. 3. Non obstante, quia  
 tamquam dominus in vita eius ut & abso-  
 lute, ut dictum Tit. superiori: potuisse Ecclesia legem & modum circa dominium  
 prescribere, laicū non domicio. Ut nihil ob  
 reg, quod concessum in vita non sit deponi  
 morientibus; quam justè ab Ecclesia relin-  
 git, aut mutari potuisse, non est dubium.  
 Ratio est, tum quia nihil concedit  
 quitaris, ab Ecclesia profecta ad eam resti-  
 tum verò præcipue, ut Ecclesiastici ab inno-  
 bili opere congerendi cupiditate arceantur, &  
 in vita liberalitatem erga pauperes exere-  
 studeant, suaque in usus pios potius conser-  
 vant & expendant, quam avare multa acci-  
 mulata non sine scandalo relinquant. Et sic  
 procedit in bonis tam mobilibus, quam  
 immobilibus; nisi quod non judicetur impo-  
 batae constitutimis, mobilia quedam sol-  
 queru in pios usus, & in compensatione  
 servitii, d. 6. 12. \* Ubi nomine Ecclesiastici  
 erit venire ipsa congregatio, ut est Collegium  
 Clericorum: ubi autem unus tantum ordinatus,  
 ipse successor, præcipue in vacante Bo-  
 cleia, Cathedrali, Regulari, aut Collegio, singulari  
 aliqua persona immiscere se prohibetur, donec  
 à Prælatis reliqua occupando, dividendo, col-  
 sumendo, sub pena suspensionis, dono po-  
 nè restituat, sed ea expendenda in usum Eccle-  
 siarum, aut futurò Prælato reservanda, unde  
 obviamente tempore vacationis, c. Quatuor  
 40. de elect. in 6. Clem. Statutum pen. eod. Po-  
 lites supervenerunt novæ Constitutiones ve-  
 riotorum Pontificum, quibus spolia Clericos  
 (quæ nomine versunt, non tantum que  
 negotiacione aut modo alto Clericis adpe-  
 sita, sed omnia ab iis reliqua ex fructibus ben-  
 efficiorum) reservancur Camere Apostolice. Val.  
 Navar. De jpolinis Cler. s. 5. Molina De Inst. Ital.  
 disp. 147.

Licentiam testandi super ejusmodi bonis per Pont. Rom. Clericis concedi posse, eti aliqui in dubium vocent, recte tamen sentiunt, qui adhucant; tum quod ipsi Ecclesiasticorum bonorum administratio sit commissa; sum prescipue, quod haec prohibito testandi sit juris humani, supra quod cum sit P.R. ejus relaxandi habet potestarem. Covart. in c. cum in officiis 7. n. 20. b. 1. Azor. Instit. Moral. p. 2. lib. 7. c. 9. qu. 1. Wamf. Conf. 52. n. 1. de pecun. Clerie. Autem ista licentia primo actu ficiatur, mox inferius dicerur. \*Licentia hujusmodi hodie opus non est, quandoquidem generali consuetudine testamenti factio Clericis sit permissa, licet non passim omnibus Prelatis ea competat, ut post alios tradit Covart. ad d. c. 7. n. 23.

Dubitatur autem, An talis consuetudo sit dicenda justa & valida? R. Non esse quaestio- nes super testamento in propositus, cum ista prohibito sit tantum juris humani, cui deroga potest per justam consuetudinem, qualis est ista, per quam bona ejusmodi in ultimis, in quem dicitur convertuntur, & facit eò c. ad h. 8. & d. c. Relatum 12. b. 1. Tantum esse qua- stionem, An etiam in non pios usus testamen- ta valida ponat? Negat omnino Navar. Tract. dederitib. Eccl. eaq; multis impugnat, hoc pra- cipue argumento, quod fructus isti non fit in Dominio Clericorum, sed ex lege iustitiae re- neantur eos sustentatione non necessarios si pauperes, piosque usus distribuere; atque ita vi- deantur de re aliena testari, quod non potest induci consuetudine. Verum falso nisi sit funda- mentum hæc Navari opinio quia supra pro- batum, Clericis Dominum cedere fructuum, & adquisitorum ex iis, pro servitio, & non tam legi ultirae, quam caritatis eost teneri super- fluos fructus dispensare in pios usus. Facit, quod non nisi iure humano testandi prohibi- tio sit inducta, ut non videam, qui possit dam- nari ista consuetudo, per quam juri humano de- rogari posse, dictum sup. De consuet. n. 4. & ad 4. de quibus 32. n. 29. & seqq. D. de legib; si non fo- veat malitiam aut peccatum qualis hæc, cum nihil mali involvat, disponere super rebus suis, quod iure communis permittum, ad quod redi- tur per istam consuetudinem. Quod attinet ad occasione avare cogitendi, illa accepta est, non data, atque ita non insicit consuetudinem

per se justam & nixam bono fundamento. De- inde Ecclesia iste est finis, qui non semper a- vertitur, etiam ubi ius scriptum in illo est, cum non ideo minus aliqui inveniantur addi- cit coacervandis pecunias. De quibus propte- rea Clericus in profanos ac vanos usus dispo- nens, divitibusque confanguineis bona sic ad- quisita relinques, neglectis pauperibus, non videtur à reatu mortali immunis: ut deque in- ter vivos disponens in hujusmodi usus est im- munis à peccato, uic dictum Tit. superiori. Sed hominis hoc est vitium, non rei aut consue- tudinis; propter quod ut dispositio non irritatur, ita nec ultima voluntas irritanda, cum abu- sus licentiae non ponat juris iniuriam. Funda- tur enim in publica Reip. tranquilitate, qua- alias sepe turbaretur, si ejusmodi testamenta non tenerent, & bona tamquam spolia occu- parentur. Facit, quod Pont. sciens tales consuetudinem, nec eam improbans, videatur approbare. Atque ita cam probat Covar. d. c. 7. n. 24. & multis confirmat Franc. Sarmientus. Tract. de Reditib. Eccles. in princ. quibus adde Valq. De Success. tomo 1. §. 22. n. 56. Azor. d. c. 9. in princ. Boer. Eponem ad c. 1. n. 84. & seqq. b. 1. Less. De fust. & jure lib. 2. c. 19. Dub. 4. n. 42. & seqg.

Illud erant controverti. At. Au dicta pro- hibitione concernat pensiones, quæ recipiuntur causa regnati beneficij? R. Plerisque velle pensiones non contineri dicta prohibitione, inter quos est Gigas De Pensionib. qu. 52. Cov. in d. c. 7. n. 14. quod pension non tam sit benefi- cium, quam merè quid temporale. Verum cum contineat partem reddituum Ecclesiastici bene- ficii contrarium dici posset, juxta tradita Tit. superiori nu. 6.

Religioso testandi licentia denegatur; tum quod per professionem omnibus se basis ex- uerit, ut nihil proprii habeat, de quo teste- tur: tum quod in voluntatem alterius, cu- jus se obedientiae subjecit, arbitrium suum conuertit, à quo non potest dependere ultra-imum elogium. c. 2. b. 1. ubi Covar. n. 17. & 18. Clar. qu. 18. n. 7. Licitum tamen ei, qui non facta dispositione est ingressus, post profes- sionem inter liberos distribuere suam substi- tutionem, parte ejus sibi reservata, quæ Mon- astero cedat, & hoc non tamquam Domino.

scd

sed ut dispensatori à jure ad hunc effectum  
constituto , auth. Si qua mulier C. De sacrof.  
Eccles. Nav. Comment. 2. de Regularib. num. 45.  
Lest. lib. 2. c. 41. Dub. 10. nu. 82. vers. Circa  
predicta.

**10** Ubi queritur primò, An si Religiosus elige-  
tur Episcopus, liberetur à voto paupertatis, &  
ad instar aliorum Clericorum hodie testari  
possit? Resp. Minime absolvit à voto paupertatis,  
uti nec ab aliis substancialibus, sed iis, ut antea,  
obstinati, cum nullo Canone id sit expressum,  
& contrarium potius insinuat in can. de mo-  
nachis XVI. q. 1. & præcipue in c. Clerici pen. sup.  
de vita & honest. Cler. ubi in Episcopum ele-  
ctus Monachus habitum Monachi deferre ju-  
betur. Nec obstat can. Statutum XVIII. q. 1. ubi  
dicitur à jugo monastica regulae absolutus ;  
nam hoc verum est quoad jurisdictionem Ab-  
batis, & ali i Monasterii statuta, non etiam quo-  
ad tria vota substancialia, qua non admittunt  
testamoniū factio[n]em. Gl. in d. can. de monachis,  
Covari. ad c. 1. n. 26. b. s. Jafon. in Autb. Ingressi  
n. 12. Cod. de SS. Eccles. Baldus in d. pen. in fine.  
Wamel. Conf. 404. n. 1. b. tit. Est tamen eiad-  
ministratio rerum Ecclesiae concessa.

**11** Q. II. An testandi licentia possit Religioso  
concedi à R. P. ? Resp. Posse concedi super  
iis , quæ ad eos devolvuntur. Potest enim  
Pont. dispensare super voto , & ab eo eximere  
Monachum, ut tradetur infra Despatu[m] Monach.  
ut possit eximere à voto paupertatis, quod in  
cani voto censeatur excepta Superioris au-  
toritas. Et hanc esse communem opinionem  
tradit Covari. in c. 2. num. 17. b. s. Boetius Epo  
ad d. c. 2. num. 22. q[uo]d seqq. multosque eam in  
partem allegat. Falsa. in e. Si quando[n] s. Dera-  
scriptis.

**12** Q. III. An ejusmodi licentia faciat testa-  
mentum ante factum convalescere ? Resp.  
Hoc posse video, per l. si quis o. s. sed & et s. D.  
& iusto, rupto &c. ubi damnato concedit re-  
stamentum factum facit etiam testamentum ante  
factum subsistere. Picendum tamen ē contra,  
qd quod ista licentia sit futuri temporis , ut  
non trahatur retro in confirmationem ejus  
quod factum inutiliter. Ratio est, quod cum  
ite dispensationes sunt odiose , c. i. in fine de  
fisi presb. in o. non admittant extensionem  
ad alium actum , Catenifl. in c. Postulasi 27. de

rescriptis, Abbas in c. ad aureos 8. cod. in fia  
in l. quo minus 2. num. 134. D. de flaminis  
hil facit d. s. sed et s. quia loquitur in causa  
testamentum ante valuit, & irrecut est facta  
per sententiam. Quæ irrecut non habet loca  
in testamento militis damnati ex communi-  
tati, tex. ibi & l. 1. D. de veteris. In causa  
successi ut non possit trahi ad casum, quod de  
ab initio testanti licentia testandi.

**Q. IV.** An testandi licentia expirat  
actu ? Resp. Id aliquos velle. arg. l. brevi  
D. de verb. signif. & l. Dotis 68. dimittit  
abi ferme simpliciter prolarus de primo ab  
intelligitur in eoque consummatur. Quo  
gula ut habeat locum in actu non revocabili  
non tamē in actu revocabili , qui ex actu  
& conditione sua non finitur primo actu, in  
non censetur consummatus, si revocet  
qualis est actus testandi , qui antem ordo  
testatoris non habetur firmus. Quia non  
in hanc postacionem partem inclinat. Cogn  
add. c. 7. num. 22. b. s. Barbofa ad l. 3. quia  
anno num. 19. Soluta matrim. Nam venit  
dispositiones debent intelligi secundum re-  
turn actus , ad quem referuntur. Et si  
natura sua testamentum revocabile. Deinde  
non datur prima & secunda voluntas solitus  
sed unica tantum , & illa tantum voluntas  
cicur , quæ suprema est. Nec probat, quia  
versetur in materia odiosa , qualis ea causa  
qua immutatur conditio Religiosorum; an  
non idea concessionis ita interpretandæ , &  
reddantrur ridicula & captio[n]e. Samme. in  
reditib. Eccles. p. 4. c. 4. n. 3. Azot. d. c. 9. q[uo]d  
Fach. 5. Contra. c. 99.

**Q. V.** An ista licentia finitur morte con-  
cedentis ? Resp. Hoc posse videri , ex  
quod mandatum te integrum, mortem ad man-  
tis expiret , c. Gratian. c. Relatum sup. m[od]i  
deleg. Verum cum hæc res non tam ad man-  
tum spectet, quam ad gratiam factam, vero  
est , concedentis morte non finiri causam licen-  
tiam , c. si cui 36. de preben in o. ubi gratian  
etiam non facit extingui morte concedentis  
integrum, licet secus in gratia facienda. Navata  
can. Placuit num. 162. de ponit. dif. 6. Samme.  
d. loco num. 3. Azot. d. c. 9 qu. 4. Fach. d. 10  
s. c. 100.

**Q. VI.** Aut testamentum factum ante

gressum per eum rumpatur? R. Hoc aliquos velle, si non cogitaverit testator de ingressu, quod per ingressum videatur tacite revocasse voluntatem, *Auct. Ingressi Cod. De SS. Eccles.* ubi ingrediens se & sua censetur Monasterio dedicare: & per *Auct. Nisi rogati Cod. ad S. C. Trebell.* ubi Monasterium habetur loco liberorum & quasi posthumum. Contraria tamen opinionem esse veram in distinctione, sive de ingressu cogitaverit, sive non; cum nullus textus distinguat, sed de libera potestate testandi ante ingressum sui, *Novella de Monachis* i. §. illud, nec sit ratio distinctionis. Nam quod agitur de tacita revocatione, in casu, quo non cogitavit ingredi, nihil arguit, um illi non sit ita vis, quae ne quidem competit expressa revocationi, nisi solemnis ut dictum *Instit.* quib. modis testam. infirm. Constat enim ut testator tabulas approbare, quas non muravit sequenti julta voluntate. Nihil facit d. *auct. nisi rogati*, quia eius decisio tantum habet locum in casibus expressis, inter quos non est hic, de quo agimus, & quando ab intestato decedit ingressus ex tacita eius voluntate. Videatur hanc opinionem amplecti *Covar. ad c. 2. n. 10. b. t. ubi Boet. Epo. n. 2. Et seqq.*

**16** Hac ita in Professis. Alter se res habet in Novitiis, qui cum secundum in potestatem alterius suum remiserint voluntatem, bonisque se exuerint, nec regulas se alligaverint, non possunt dici obligati Religioni, cum solus habitus non faciat Monachum, *d. c. 2. b. sit.* Ut habeant plenum & liberum arbitrium disponendi super rebus suis.

**17** Dubitari tamen posset, An hoc non sit mutatum per *Trid. Sess. 25. c. 16. de Regularib. R. Prohiberi* quidem ibi disputationem Novitii, nisi ex licentia Episcopi, aut eius Vicarii, intra duos mensiles ante professionem, non eam, quae est ultimum elogii, sed quae sit inter vivos. De qua ratiuncula patet? immo, ex verbis, renuntiatio aut obligatio in favorem facta, etiam cum iuramento futurum, aequalis spectat ad actum inter vivos. Nam disponere de rebus suis per ultimum elogium non est renuntiare, aut se obligare. Secundo ex ratione Concilii, quae est, ne spoliationis bonis ante ingressum, minus liberè ingrediantur in Monasterio detrimentum. Quod non contingere per ultimum elogium, quod non

privat aliquem bonis, cum non sortiatur effectum mortem naturalem, aut civilem, quae inducit per ingressum, ut ante non prajudicetur Novitio. Tertio, quod non alias renuntiatio aut obligatio Novitii teneat, quam in tra duos mensiles, ex licentia Episcopi, aut ejus Vicarii, quae non opus in testamentis, quae non possunt dependere ab alieno arbitrio, & hic frustra requireretur, cum nullibi sit adempta testandi facultas Novitio.

Usurario manifesto, ante restitutionem aut cautionem de restituendo, non esse licentiam testandi dixi ad D. b. i. num. 21. & dicetur infra ad tit. de usuris. Excommunicatum non esse prohibitus testari, ex eo patet, quod tantum si prohibitus testari excommunicatus ob percussione Cardinalis, aut heretici, *c. fin. De penit. in 6. & Auct. Credentes C. de heret.* Quod minimè extendendum, tum quia penale, cum quia exclusio unius est inclusio alterius. *Covar. de testam. p. 2. Rubr. n. 56. Clar. §. Testam. 9. 24.*

Ad formam quod attinet, non desideratur *19* hoc jure tanta solemnitas acque civili, cum sufficiat duorum aut trium testium praesentia, coram Parochio, *c. cum esset 10. b. t. ubi dicitur in ore* duorum aut trium stare omne verbum. Ut probationis causa videantur potius requisiti testes, quam solemnitatis substantialis. Ut saltem hoc jure *20* prior sit eorum opinio, qui volunt minus solemnae testamentum obligare heretem, certum de voluntate defuncti, ad praestandum relieta, cum probationibus non sit opus, quando proprio confessione constat de veritate, nec alias ad extraneam fidem decuratur, quam si aliter non possit habeti veritas, ut ait *Imp. in l. fin. Cod. de fideicom.* quod & jure civili teneri posse diximus ad *D. sit. qui testam. facere poss. n. 43.*

Quarum ad testium qualitatem, rejiciuntur & hoc jure suspecti, veluti domestici, quales hac in materia ponit potestas patria, non etiam cognatio, aut cohabitatio. Removentur eti, quibus deest sensus, furiosi, impuberes, ite quorum causa agitur, quia nemo in proprio causa indonus testis. Vide dicta ad *D. eod. n. 31. Et seqq.*

Queritur autem, An hoc jure mulier *21* in causa admittatur testis? R. Probabile esse, non admitti, cum d. c. 10. nihil muteretur de qua-

Kk

qua-

qualitate testium, sed tantum de numero; ut procedat argumentum c. 1. inf. de novi operis narrat. Pro qua parte facit, quod & hoc iure desiderentur testes idonei & legitimi, c. relatum 21. b. t. quales in hac materia non sunt feminæ, sed masculi. Hanc opinionem sequitur Covart. in d.e. 10. in fine. Clarus s. Testamentum qu. 55. num. 3. Contrarium tract. Viginus, in s. testes n. 3. Inflat eod. quod in testamento, in qua jure gentium substitutus cuiusmodi vult esse factum secundum jura Canonicæ non inspicatur sexus testium. Cuius opinio bene procedet in testamentis parentum inter liberos, que cum valerant etiam siue ullo teste, modo de voluntate constet, valebit ut quoque teste muliere, cuius testimonium iure gentium est receptum. Quod & obtinet in testamento militari. Quod ad alia testamento generis posset dubitari, cum non sufficiat in his quilibet voluntatem probandi modus sed desideretur coram testibus, duobus aut tribus, & Parochio explicetur voluntas: ut recte dicatur ista testamenti factio non esse redacta ad ius gentium.

Alia quæstio est, An testamentum ad piæ causæ sine teste valeat? R. In c. Relatum 11. b. t. requiri etiam in testamento ad piæ causæ duos aut tres testes, eosque legitimos: nec ulibi expressum in iure, sine testibus testamentum ad piæ causæ subsistere, excepto testamento parentum inter liberos, de quo in Constitutione Theodosii, l. h. a. consultissima 21. s. eccl. imperfecto Cod. b. t. à cuius similitudine sumptum argumentum fragile est & fallax: propterea quod nullum simile sit idem, & facile sit dare instantiam ac dissimilitudinis rationem: ut hoc in casu, quo liberis suis magis favorebiles, quam piæ causa, ut patet ex D. Augustini sententia, can. fin. XVII. q. 4. D. Wamel. Cons. 376. n. 4. s. 6. de peculio Cleric. Plures casus, in quibus fallit hoc argumentum, videre est: apud Everardum, in loco à simili. Plerique tandem dictam Theodosii Constitutionem extendunt ad piæ causæ, ut, licet sine ullo teste sit conditum testamentum, nec publicatum, si ramen inventari scriptura perfecta quod voluntatem holographa, id est scripta manu testatoris disponentis in piæ causæ, servanda esset, & piæ causa admittenda ad bona: & ita communius receptum est, ut patet ex Tiraq.

De Privil. pia causa Pr. 4. & seqq. Et hoc non scriptura non vocant in controveria quia alias nullam faciet probationem, visum tradit Mantica, De coniect. ultim. volunt. c. 2. n. 9. Multo rem admitti in tali testamento vult Tiraq. d. loco n. 8.

Ad formam testamenti maximè spectus statutio hæred. s. Ubi suus nec hoc iure spectetur, sed vel institutus, vel sommum exhaeredandus, ad testamento valorem, quod ex noxa causarum, de quibus Novum anno appellat, s. aliud quoque cap. & horum movendam querelam. Quod adsto, quod exhaereditatio facit testamentum subditum, et inverti possit per querelam; qua deinde D. de lib. & posthumis hæred. institutio & hæred. lib. Vult autem lex civilis celare iura per se summa esse, altitudine non debet. Unde institutio sine ultimum elegit alienum arbitrium eo iure non recte contum. Illa institutio 32. de hæredib. inst.

Ubi dubitatur, An hoc in parte Casco sentiant à iure civili? Resp. Id non paucum qui putant hoc iure in alterius arbitrium remitti dispositionem, per testum exprimiti volunt. in c. cum tibi 13. b. t. qui habet, qui extremam voluntatem in alterius dispositionem comitit, non videri decedendum. Quod plerique accipiunt dispensatione piæ causæ, in quam bona distributione tenet Abbas ibi n. 3. & Covart. ibid. a. c. vi. menibz nulla fiat mentio piæ causæ. Dicunt haec in parte non diligenter Canonis, confundunt isto texu nos velis dicere, talcm simili esse testatum, sed tantum ad exclusum bis pisco, cui bonorum ab initio stato dispensatio est mandata, ut patet ex c. cum tibi 13. b. t. verb. signif. cuius d. c. 13. est pars, surpote episcop. Pont. Innocentii, & ad eundem in Episcopum scriptum, qui proinde frustra fibi ad regiam dispensationem, utpote jam alii committimus defunctum, qui eatenus nos potest dicere status. Ita subtiliter Sarmient. Selett. Inscript. c. 6. n. 32. & seqq. Fachin. s. Cons. 1. 57. Contra traditur, cum, cuius arbitrio dispensatio commissa, censeri institutum hæredem, & quod distribuere in piæ causas. Abbas, Covart & d. loco. Quo admissa non tam à legibus distinguitur Canonis; quam consonant.

- Relinquuntur etiam hoc jure legata, fidicommis, non tantum testamento & codiculis, sed & ab intestato, nudit verbis, c. 4. b. t.
- 25 Ubi quæsumus, An in eo differant Canones à legibus, quod non admittant legatum rei alienæ? R. Hoc aliquos velle indistincte, sive res sive Ecclesiæ, sive alterius privati, eo quod lex civilis tale legatum permittens foves, lucrum & diosum heredi, aque ita non sit servanda. *Filius ipso*: aliquos vero testifigere ad rem Ecclesiæ, quia non sit in commercio. Fundantur in ratione textus c. *Filius noster*, s. h. t. in quo agitur de legata re aliena, Ecclesiæ scilicet & testolitur, contra legem Dei esse, rem alienam legare. Ubi aliqui dicunt, Pontificem minus intellectilem leges, aut probabilem aliquorum opinionem lectorum; contraria vero id est probabilem. Quorum dictum inceptum, cum suscepimus reverenter, vel suscepimus postius Pontificum decisiones deceat. Undecendum, cum statutum iuris civilis pertinet legari rem alienam, nihil peccati includat (nam si quod includeret, esset ratione detrimenti domini, cuius res legata, quod nullum est, quippe cui invito non auferatur res sua, sed vendere volenti detur a estimario, quæ alias offerenda legatario tamquam ei legata, *In his de legatis & non solum* verius esse, hac in parte Canones à legibus non recedere, & permittere legatum rei alienæ.
- 26 Nihil ostente d. c. 5. nam in eo tantum reprehendit Pontificis decisionem, & detentio- nem rei alienæ per legatarium, domino in vita, ut pater ex finalibus verbis illius text. qui non cogitur rem suam invitus alienare, cum in rem alienam alteri nihil sit juris, ne quidem per ultimam voluntatem. Ita Covarr. ad. d. c. 5. Nec debet quemquam moveere, quod ibidem post verba, *Si auctor eius legaverit rem alienam, subjiciat Pont. Sed quia lege Dei vivimus*: quia non est erranda ad illi priora verba, sed ad subjectam decisionem, scilicet, *Valde mihi videtur injustum*, &c. Quibus non tam reprehendit leges factuli, quæ, ut dictum, hac in parte nihil malo involvunt, quamvis quæcumque detentorem, factuli leges perperam in sui defensionem allegantem, quasi licet legatum alienam, ita eum auferre & detinere
- litteret. Vide haec repetita D. de leg. & fideicom. cap. 2. n. 23 & 24
- Quantum ad testamenti vel voluntatis mutationem, illa etiam hoc jure est licitasuti & Falcidiæ ac Trebellianæ detractione, quam in piis causis nec Canonico nec civili jure obtineat, recepta habet sententia.
- Ex dictis patet, in testium purpureo & solemnitate Canones differre à jure civili; quorum tamen statutum non obtinet nisi in terra. Ecclesiæ manente requisita solemnitate à jure civili, in terris Imperii. Usus tamen pa- sim se a... odavit decisioni juris Canoni- ci.
- Est & in eo differentia, quodjus Canoni- cum admittat detractionem duarum quartarum, legitimæ scilicet, tamquam ab suo, & Trebellianæ, tamquam ab herede gravato, c. *Raynaldus* 16. c. *Raynaldus* 18. h. t. cum le- ges, secundum veriorem sententiam, tan- tum admittant alterius detractionem, cum passim velint, retento quadrante, reliquum do- drantem restituiri, ut traditum D. Ad S. C. Treb. n. 92.
- Ad effectum testamenti, alteriusve ultimæ voluntatis pertinet, ut heres eam exsequatur intra annum, c. 3. b. t. Qui si legata pia distute- rit solvere, donec iudicio conveniat multa- tur in duplo, §. ex malis fictis instie. de actionib. Jure Novellatum monitus à judice non admis- plens intra annum quod jussus est, privatur omni emolumento, quod posset consequi ex hereditate, excepta tamen legitima, *An h. Hoc amplius Cod. De fideicom.* Cui videtur obstat textus in c. licet infra voto: de cuius intellectu ibi commodius agetur.
- Solvenda legata iis, quibus relicta: nisi is, cui relicta sunt, sitinhabilis, aut res talis sit, quæ relinqui non potest, quia non sit in com- mercio, licet etiam stipulatio sit tantum, adeo ut ei non debatur a estimatio. I. multum 3. 4. D. de V. O. Sic Ecclesiæ aut piis locis ex statutis quarundam Regionum, ut & harum ex Con- stitut. Caroli V. an 1520, non relinquitur res im- mobilis.
- Ubi occurrit quæstio, An legatum rei in- mobilis Ecclesiæ sit omnino inutile, ut ne quidem pretium debeatur? R. Controversam hanc est quæstionem, pater ex iis, que tradit.

Kk 2 D. Pe-

D. Peckius in *Traç de Amortizat. c. 9*, communio  
re tamen & benigniore opinione esse receptū,  
ut debeatur rei relicta estimationo, quasi statuta  
eiusmodi nō relata adquisitioni pretii seu es-  
timationis. Quæ opinio probatur per l. Fidei-  
comissa 114. § si quis alicui de legat. r. Facit  
eodem Clem. *Exxi de verb signif.* quæ rerū im-  
mobilium Frāciscanis legatarum, quarum sunt  
incapaces, vult præstari premium. Et hoc quatenus  
res relicta est alias in commercio: nisi tamen  
clausa irritans decreto prohibitionis sit adje-  
cta, ut in dicta Cōstitut. Catoli V. quod nolite re-  
linqui Ecclesiis aut pīs locis bona immobilia: quæ  
cum sit loco formæ, facit quasi non existuisse  
defuncti voluntatem, aut nihil ex ea sequi, l.  
Non dubium Cod. de legibus. Admonet tamen  
Peck. d. loco in fine, si de voluntate certò con-  
fiteretur, etiam isto casu mitiore viam esse eligen-  
dam viro bono, & præstandam estimationem,  
ad eximendum omnem scrupulum juxta tex-  
tum in cap. *Consilium inf. de observat. jejun.* Et  
hoc omnino, si testator voluerit dari ejus preci-  
um, quia talis voluntas neutiquam contradicit  
dictis statutis, quæ tantum prohibent adquisi-  
tionem rei immobilia, quæ hic non acquiritur,  
nec relinquitur, sed premium ejus non prohibi-  
tum. Vide plura hac de re ad D. de leg. & fidei-  
com. num. 27. & seqq.

<sup>32</sup> Recepimus hoc iure, ut ex relictis Ecclesiæ  
portio Canonica debeatur Prælato, & è con-  
tra ex relictis Prælato sua portio præstetur  
Ecclesiæ Cathedrali, non etiam inferiori, cum  
qua non est tanta communion. Et hoc nisi  
testator reliquerit quid Episcopo ipsi, citra  
fraudem, ut eo contentus esset, & ille accep-  
taverit, c. *Officii 14. b. t.* Alias non potest te-  
stator impedit, quod minùs portionem suam  
salvam habeat Episcopum, aut eam deminuere,  
sive conjunctim, sive separatim Ecclesiæ su-  
relictum, cum debeatur de jure communii,  
cui non derogat privatus. \* Non semper  
autem Cathedrali Ecclesiæ sua debetur por-  
tio ex relictis Episcopo, sed tum demum,  
quando contemplatione Ecclesiæ est relictum  
Episcopo, non autem si contemplatione per-  
sonæ, c. *requisiti 15. b. t.* Quare autem Præla-  
tus hac in parte sit potior Ecclesiæ, rationem  
dat *Gloss. ibi V. iocu.* quod nomine Ecclesiæ  
continetur & Episcopus, tamquam ejus ca-

put, quam approbat ibi Abbas & Cor. 39  
Quando vero censeatur quid relictum la-  
tato suo nomine, quando nomine Ecclesiæ  
dubitatum fuit, & distinguit Pont. l. 2. 20  
Nam vel est relictum Prælato à proprio  
vel ab extraneis, hoc casu relictum omni-  
tu Ecclesiæ censeri; illo vero Prælato na-  
tum, quod consanguinitas faciat per se mo-  
tius electam videri, arg. *Si p̄sp̄les 5. m̄d̄q̄*  
*in fine D. de vulg. ep. pupill.* Idem dicunt  
in relicto ab amico arg. l. Nemo 38. D. *azib.*  
*dib. inst.* Relictum illi, qui proprium habe-  
re potest, nec ullam administrationem Eccle-  
siæ habet, illius proprium est, sive editione  
propinquuo, sive ab extraneo, quia censem  
relictum personæ inuitu, nisi aliud apparet  
15. in fine.

Debetur autem dicta portio Episcopo  
omnibus Ecclesiis ejus diœcesis. Episcopo  
*Summa inf. de sept. n. 12.* nisi privilegium  
pressum eas liberet, aut confutudo legit  
præcripta, secundum Abbatem, in e. *ampli.*  
9. n. 6. & 7. *inf. d. tit.*

Verum dubites, An & Ecclesiæ exempli  
beant hanc portionem? R. Hoc aderit Po-  
stiens. d. loco, ex eo, quod habeatur relicta  
personæ, à qua fiunt oblationes, non circa  
loci, cui fiunt, contrarium verius, & conse-  
niter receptum, secundum Abb. in d. c. *Officii*  
6. b. t. quod non tam debeatur ratione effec-  
tum, aut reliquantum aliquid, quam non  
cūta, quæ est Episcopo super Ecclesiæ: quoniam  
nulla sit super exemplis, non est etiam rati-  
onare ei quid debeatur.

Ceterum portio ista interdum est quare  
interdum tercia, aut alia, pro locorum su-  
suetudine, quæ seruanda, d. c. 9. *inf. De fidei*  
*Boëtius Epo add. c. Officii in trin.* *Et* <sup>31</sup>  
portio parcialis, quæ debetur pars ecclesie  
Ecclesiæ, de qua agemus inf. *De fidei*  
*freqüeas ejus mentio.* \* Sunt etiam quidam  
relicta extra hujus portionis detractorem  
ut quæ sunt relicta pro ornamentis, factis  
luminaribus, anniversariis, in perpetuum o-  
rum divinum, cessante tamen fraude, c. *fin. d.*  
*& c. Ex parte 31. inf. de V. S.* Sunt & illa libet  
ab hoc onere, quæ Ecclesiæ ab existente  
nis donantur inter vivos, c. 4. *inf. de fidei*  
*1. inf. de fidei Monach.* Sunt quoque extralla-

- equi,arma,relicta in subsidium terræ sanctæ,c.  
In nostra 10.inf.eod. Item relicta pauperibus  
simpliciter, quod cœnatur relictum personis,  
non locis, secundum Gloss.in c.2.inf.eod.& Jo-  
an.Andr.in d.c.In nostra.Et licet textus loquar  
de portione paro:ali, idem tamen dicen-  
dum de Episcopali, cum paro:centur in jure &  
privilegio.Dixi, ab existentibus sanis, ne obstat  
d.c.2, quod accipendum de datis ab ægrotis,  
ex morbo decidentibus.

39 Porro ut faciliorem habeant exitum ultimæ  
voluntatis, solent testatores certos delegare  
executores, e.penit.b.t. live laicos, live Cleri-  
cos, etiam Religiosos, accedente tamen Superio-  
ris auctoritate, quod ipsi velle aut nolle non  
habent, e.fin.eod.in 6.im 9. Praelatos, Clem.  
un. eod. Quorum est adimplere testatoris jus-  
sum, inter tempus adsignatum, aut eo non ad-  
signato, intra annum alias ad Episcopum devolu-  
vitur executio, e.3.b.t. Qui & potest cogere ex-  
ecutores, ut citius voluntates exsequantur. Co-  
var in c.6.nu.4.b.t. Ex pluribus datis, alio mor-  
to, absente, aut recusante, alter exsequitur  
impeditus, in favorem voluntatis, nisi testator  
aliter providerit, d.c.fin.eod.in 6. Post execu-  
tionem ratio ab executore reddenda loci Ordina-  
rio, quem non excusat prælationis officium, d.  
Clem.un.b.t.

## T I T U L U S XXVII.

## De Successione ab intestato.

## S U M M A R I U M.

1. **Bona Clericorum patrimonialia, vel quasi, ab intestato quibus deferantur.**
2. **Adquisita ex fructibus beneficij cui succe-  
dant.**
3. **An in dubio presumantur ita adquisita?**
4. **Consuetudo an recte admittitur ab intestato ad  
hujusmodi bona proximos defuncti?**
5. **Monachj bona cui adquirantur.**
6. **Mutatio monasterio cedens novo.**
7. **Monacho factio Episcopo cui bona cedant.**
8. **Decedenti in noviciatu Monasterium non  
succedit.**
9. **In Monasterio manens quatenus se & sua con-  
seatur et dedicasse.**
10. **Statuta prohibentia adquiri bona immobilia  
più locis an iusta?**

11. **An & ea,qua arcent Religiosos à jure succe-  
dendi.**
12. **Monacho recusante, an Monasterium possit a  
dire hereditatem?**
13. **Fructus pendentes cui competant, heredi, an  
successori in beneficio.**
14. **Conjunctudo ea in re varia.**
15. **Fructus anni primi ac secundi an statuto re-  
cte referantur domui mortuaria ac fa-  
brica?**
16. **Decretum Conc.Trid.hac in re.**

**P**atrimonialia Ecclesie ab intestato cognatis I  
defert, can.1.xii.q.4. pro linea & gradu præro-  
gativa, secundum distinctionem traditam in  
Novella 118. De hereditib. ab intest. venientib. pro-  
batam potius, quam improbatam per Canones,  
d. can.1. de qua actum In sit. & D. in materia de  
successione ab intestato. Si nulli fuerint cognati,  
bona defertur Ecclesiæ, e.1. h. t. eo modo,  
quo si bona laicorum decedentium absque  
herede defertur.

Quantum ad collecta ex fructibus beneficij,  
ea spectant ad ecclesiastam, in qua beneficium 2  
obtinuit defunctus, d. can. 1. Si in pluribus Ec-  
clesiis defunctus habuerit beneficia (quod  
sicut posse dictum sup. de probab.) pro rata  
singulae admittuntur, e. Relatum 12. sup. De te-  
stam. Ubi quæ advertendum, an defunctus  
bona ante clericatum haberit, aut aliunde  
quam ex fructibus beneficij: nam attenta eo-  
rum qualitate & quantitate, cum his, quæ ab  
Ecclesia acquisivit, pro rata inter heredes de-  
fundi ad Ecclesiam eorum fieri distributio, d.  
can. 1. & c. 5. sup. De testam.

Ubi queri potest, An in dubio præsuman-  
tur adquisita ex bonis Ecclesiæ? R. Si aliud de 3  
non demonstretur advenisse, præsumi adqui-  
sita ab Ecclesia ejusve nomine, arg. 1. Quintus  
31. D. De donat, inter vir & ux. & l. o. Cod. eod.  
Quæ tamen loca non ita convincunt, quan-  
doquidem ibi præsumptio talis sumatur ad  
evitandam suspicionem turpis questus ex  
parte mulieris, quæ hic celat. Communem  
tamen eam esse opinionem, testatur relati à  
Covar. ad c.1 nu.9. & seq. sup. De testam. quod  
& tener Cujac. ad Nov. De Eccle. tit. 117. Nam  
cum non appareat bona ante dignitatem Cle-  
rico aliqua fuisse, aut aliunde advenisse, ve-

Kk 3 rosum illius